



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



I. N. J.
DISPUTATIO XV.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. J. Quib. mod. Re contrah. Obl.
eiq; titulis π. C. Justin. Theod. βασιλικ.
& ἄ. respondentibus.

Quam

PRÆSIDE
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk /**
J. U. D. & P. P.

FRIDERICUS von Lohen /
Prusius.

RESPONDENS
publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI
A. cl. l. c. LXXXI.

REGIOMONTI.
PRÆLO REUSNERIANO.

VIRIS

Magnifico, Nobilissimo, Excellentissimo Domino,
DN. MICHAELI Breucken/

J. U. D. Celeberrimo.

Sereniss. ac Potentiss. Electoris Brandenb.

Consiliario Eminentissimo & Aulici in Prussia

Judicii Assessoris Gravissimo, in Acad. Regiom. P. P. &

Facult. Jurid. h. t. Decano Spectabili,

Præceptori quondam suo, jam Mecænati

Colendissimo.

Nec non

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

DN. ANDREÆ Brocken/

Inclytæ Reip. Palæop. Senatori Gravis-

simo & Summorum in Prussia Judiciorum

Advocato Dignissimo.

Fautori & Patrono Observandissimo.

Dominis & Promotoribus suis omni

honoris cultu nunquam non de venerandis,

In quaecunq; grati pro exhibitis beneficiis

animi *μνημόσυνον*, ulteriorisque sui

commendationis *σύμβολον*, hanc de

Realibus Obligationibus Dissertationem

revera obligatus

submissè consecrare uti debuit

ita voluit

FRIDERICUS von Lohen/

Respondens.



It. J. *Quibus modis Re contrahitur obligatio,*
 respondent π. Lib. XII. T. 1. 6. Lib. XIII. T. 6.
 Lib. XVI. T. 3. tot. Lib. XX. Cod. Just. Lib. IV
 T. 1. 2. 3. 4. 5. 23. 34. Lib. VIII. T. 14. 15. usq; ad
 35. inclusive C. Th. Lib. II. T. 28. 29. 30. Βασι-
 λικῶν Lib. III. T. 2. Lib. XXIII. T. 1. Lib. XXV.
 T. 1. 2. Ἄ. Lib. II. T. 17. Lib. III. T. 15. 16. Ἔ 21.

II. Continentur in his titulis Species Contractuum Realium:

(1.) Mutuum pr. j. qu. mod. Re contr. obl. t. t. π. C. I. Ἔ Βασιλ. d. Reb.
 cred. t. t. C. I. si cert. pet. t. t. C. I. de suffragio. t. t. C. Th. si cert. pet. de
 suffr. (2.) Indebitum §. 1. j. d. t. t. t. π. Ἔ C. I. de cond. Ind. (3.) Com-
 modatum §. 2. j. d. t. t. t. π. Comm. vel cont. t. t. C. I. Ἔ Ἄ. de Comm.
 (4.) Depositum §. 3. j. d. t. t. t. π. Ἔ C. I. Dep. vel cont. t. t. C. I. de
 prob. sequestr. t. t. Βασιλ. Ἔ Ἄ. de Dep. t. t. Ἄ. de sequ. poss. Ἔ fruct.
 (5.) Pignus §. 4. j. d. t. t. t. π. Quæ res pign. vel hyp. Qui pot. in p. vel
 hyp. Qu. mod. p. vel hyp. solv. t. t. π. Ἔ C. I. de pign. Ἔ hyp. In qu.
 caus. p. vel hyp. tac. de Distr. pign. t. t. C. I. Qui pot. in pign. de præ.
 pign. Si in caus. jud. pign. Etiam ob chir. pec. pign. Quæ res pign.
 obl. Si al. res pign. Si comm. res pign. Si pign. pign. d. de part. pign.
 de pact. pign. de his qui in pr. cred. loc. Deb. vend. pign. imp. non p.
 Si ant. cred. pign. vend. Si unus ex plur. hæ. cred. vel deb. part. s. deb.
 solv. vel acc. Si vend. pign. ag. Si pign. conv. num. pec. sec. non f. de Jure
 dom. imp. de Rem. pign. de Luit. pign. t. t. C. Th. Βασιλ. Ἔ Ἄ. de pign.

III. Contractus dicitur quasi sit vicissim & mutuo contrahere,
 vel aliter quasi contra seu vicissim actum Andr. Alciat. in l. Labeo 19.
 §. Contractum n. 8. π. d. V. S. ut actus nudæ conventionis terminos
 egrediatur, & naturam Contractus indicat datio vel factum, requiri-
 tur non tantum ab unâ sed sæpe etiam ab utraqve parte, quod est de
 necessitate Contractus *ultra citroq;* obligatorii, cui opponitur *Con-*
tractus μονόπλευρος ex unâ tantum parte obligans, uterqve tamen
 convenit in conventionem habente speciale nomen aut eò deficiente
 causam, quæ obligationem propria suâ vi efficacem producit, quò in
 sensu Contractus nomen latè accipitur & continet tum Contractus
 nominatos tum innominatos, hi nullum ex *Jure Civili* nomen nec

formam certis limitibus definitam habent ut permutatio *t. t. π. d. perm.* Contractus æstimatorius *t. t. π. d. Æstim.* Contractus do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias *l. 5. π. d. præscript. verb. illi* perficiuntur vel re, vel verbis, vel literis, vel consensu *§. ult. j. d. obligat. l. 1. §. 1. π. d. O. & A.* Etsi consensus à nullò Contractu excludi queat tanquam materiale, quidam tamen non perficiuntur solo consensu, sed ad complementum formale requirunt præter consensum, alii traditionem rei, alii literas, alii solennia verba.

IV. Mutuum *Varro lib. 4. d. Ling. latin.* definit: si datur quod reddatur; ab aliis definitur per Contractum Realem quò quantitas aliqua utenda datur, eà lege, ut quandoqve tantundem reddatur *l. 1. §. 2. d. O. & A. l. 2. & 3. d. R. C.* Nobis tamen placet definitio quâ dicitur Contractus Realis quo rem nostram fungibilem ita alicui damus ut eadem nobis reddatur *in genere non in specie.* Contractus propriè dicitur *§. ult. j. d. Oblig. §. 2. in fin. j. d. I. N. G. & C. pr. j. q. mod. Re contrab. Oblig.* Nec obstat ex mutuo non nasci ultro citroqve obligationem, cum tamen ex contractu nascatur ultro citroqve obligatio *l. 19 d. V. S. Gæddæus ibi n. 37. & in tract. d. Contrab. & com. Stip. c. 1. conclus. 3. n. 29.* ait verba *ultro citroq*, esse referenda ad conventionem quæ subintelligitur, & vocem obligationis pertinere ad conventionis effectum. Non enim inde Contractus dicitur, quod ex eò uterqve obligetur, sed quod simul ab utroqve factus sit. Et græcum *συνάλλαγμα* significat negotium aliquod ex utraq; parte interveniens quod descendere putat *Ungep. Ex. Just. 10. q. 5. in fin.* à *σύν ἄλλος & ἄλλω* quod deducitur ab *ἀλλάω* seu *ἀλλῶ* & significat convenio & tracto, ut *συνάλλῶ* nihil aliud significet quam tracto cum aliquo. Ex hoc tractatu hinc inde habitò oritur obligatio, quæ interdum unum tantum, interdum utrumqve obstringit. Hoc Contractu qui Realis est transfertur dominium, nam semper *res* dari debet & quidem *fungibilis*, quæ in *genere* suo functionem recipit per solutionem magis quam *specie*, cum per solutionem una res pro alterâ redditur, ita ut tantum præstet, quantum altera non modo ipsa substantia & qualitate, sed etiam usu. Præstare quis tenetur tantundem seu eandem *rem*, ut si decem credidero etiamsi undecim promiserim nummus undecimus non debeatur quasi creditus, quia numeratus non est *l. 17. l. rogasti. 11. §. 1. d. Reb. Cred.* Nec debetur quasi
usura

usura quoniam usurae pecuniae creditae ex pacto etiam in continenti adjecto non debentur *l. 3. C. d. Usur.*

V. Pactum de solvenda summa minori, non autem majori ultra acceptam valet, uti Ulpianus in *l. rogasti n. §. 1.* inquit: *Si Tibi dedero decem, sic ut novem debeas Proculus ait & rectè, non amplius te ipso jure debere, quam novem; Sed si dedero ut undecim debeas, putat Proculus amplius quam decem condici non posse π. d. R. C.* quia donare videtur in ipso Contractus limine de summa aliquid remittens, quod ex charitate cujusvis liberrimae voluntati relictum est, at non plus exigere, cum alia quam donationis conjectura ex parte Debitoris capi queat, nempe ut facilius mutuum impetretur, quae conjectura donationem prorsus excludit, quippe de qua nihil actum est; sine utriusque autem animo & voluntate donatio non contrahitur *l. 18. π. d. R. C. l. 25. π. d. Donat. l. 55. π. d. O. & A.* Ideo tale pactum expressis verbis prohibitum voluit Imperator in *Ordin. Polit. Francof. d. anno 1577. tit. 17. in verb. Wie biß anher/* ut adeo Creditor non habeat, ut executionem ex instrumento guarentigiatò urgere queat, cum hoc plane nullum sit, nec obligatio quidquam momenti habeat. Nec Serenisf. Saxoniae Elector in *Ordin. Provinc. d. a. 1555. Rubr. versetz Brieff und Siegel & Ordin. Procesf. jud. d. a. 1622. t. 39. §. Wann aber das Urtheil/* admittendo Exceptionem solutionis & compensationis contra instrumentum guarentigiatum reliquas alias voluit exclusas, imprimis Exceptionem usurariae pravitatis, quam, verbis expressis admitti jusfit, si in continenti vel è vestigio probari queat, in *Ordin. Torgensf. d. a. 1583. tit. Von wunderlichen Contracten Matth. Berlich. p. 1. concl. 84. n. 56. Carpz. in I. R. S. C. 8. p. 1. d. 17. lib. 2. Resp. n. 26. & in p. 2. decis. 146.* Hisce Constitutionibus accedit Jus nostrum Prutenicum, quod id saltem quod mutuo datum est repetere permittit *lib. 4. Tit. 1. a. 2. §. 1.*

VI. Monetae bonitas altera *intrinseca*, altera *extrinseca*, illa consistit in justa metalli puritate & pondere im Gehalt und Gewicht in auro argento aere vel etiam ferro, quia olim ferreis & aereis nummis usi sunt, ut Spartani qui prius aceto ferrum ignitum reslinguebant, nè fundi aut recudi posset *Plutarch. in Lysand.* alii ligam vocant Schrot und Korn haec in valore seu aestimatione monetae auctoritate publica imposita seu cursu ejusdem im Wardieren/ quem alii valuationem, indicaturam appellant *Knich. d. Saxon. non prov.*

J. V. Ducum c. 5. n. 358. Cothm. Vol. j. Resp. 36. n. 14. § 16. Valor
 impositus esse nummo dat, qui etiam inde usum dominiumque præ-
 bet non tam ex substantia quam quantitate *l. 1. d. contrah. Empt. &*
rebus corporalibus opponitur arg. l. 94. §. 1. d. Solut. l. 45. d. Cond.
Indeb. Materiam tamen ratio quoque haberi debet, cum enim num-
 mus in hunc finem inventus sit, ut ejus publica & perpetua aestima-
 tio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret
l. 1. d. Contrah. Empt. in permutatione verò permutantes res per-
 mutandas earumque estimationem quam quælibet à natura ipsa
 habebat, respicerent, inde sequitur etiam in nummis ad bonitatem
 intrinsecam respiciendum esse, neque enim character vel valor ger-
 manicus ille est, qui facit ut aureum Germanicum vel Ungaricum
 Italus vel Gallus agnoscat, sed materia ipsa quæ Gentibus omnibus
 communis est. In mutuo vero non tenetur quis præcisè aureos pro
 aureis reddere sed potest, qui aureos vel thaleros debet, solutione
 minoris monetæ liberari, si non specialiter contrarium in conven-
 tionem deductum sit *Covarr. c. 7. d. vet. num. collat. Reichs Abscheid*
zu Augspurg d. anno 1559. §. In jetzgemeldte gemeine Reichs-Münze.
 Ut nuper Schreckenbergeri ita jam dreyeri in Imperio R. G. vix di-
 midiam veri thaleri essentiam seu quantitatem adæquant, eorum ta-
 men ultra 96. ad Joachimicum & nomine & valore appendere
 nemo obstringitur *Jacob. Lampad. in Discurs. d. Natur. Numm.*
Georg. Franzkius Ex. jur. 9. q. 2. prolixè hoc argumentum exequi-
 tur, & nostræ sententiæ admodum favet. Servat quoq; prædictum
 discrimen Jus nostrum Prutenicum *L. 4. T. 1. a. 3. §. 5. in verbis da*
es sich auch zutrüge daß der valor und also bonitas extrinseca verend-
ere / sol der Wehrt wie Er zur Zeit des Contracts gewesen gezahlet
werden. § in fin. §. Wann Schrot und Korn / und also bonitas in-
trinseca an der Münz verendert / so sol die Bezahlung der Münze / die
tempore contractus ganghaffig gewesen / oder nach derselben aestima-
tion geschehen.

VII. Oritur ex hoc Contractu Condictio certi *pr. j. q. mod.*
re contrah. oblig. Non generalis tantum, quæ ex quolibet Contra-
 ctu in quem deductum est competit *l. 9. π. d. R. C.* sed & specialis
 & propria quæ in specie Condictio certi dicitur & competit etiam
 ex justa promissionis causâ nimirum ratione suffragii promissi ali-
 cui Aulico, pro favore Principis, vel intercessione apud Principem
 hono-

honoris adipiscendi causâ. Ita disponit l. 2. C. Th. Si cert. pet. ex suffrag: *Si qui desideria sua explicare cupientes ferri sibi à quoquam suffragium postularint, & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, cum ea quæ optaverint consequantur, si artibus moras necent, ad solutionem debiti coarctandi. Sed si quid eò nomine in auro vel argento vel in cæteris mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiet & Contractus habebit perpetem firmitatem.* quæ quoque in C. Just. l. un. de suffragio repetuntur. Juliani vero constitutio cavit, nè fiat soluti repetitio, nec petitio non soluti sive pecuniæ sive aliàs cujuscunqve rei quam suffragatori Aulico promiserit l. 1. C. Theod. Si cert. pet. ex Cond. quia Leges Romanæ hujusmodi Contractus penitus ignorant. L. Jul. de Ambitu & L. Jul. Repetund. tam in Urbe quàm Provinciis, quippiam dare vel accipere magistratuum consequendorum causâ prohibitum est. Adeo sæpe hoc malum inolevit prout Principes Libertis Eunuchis & Palatinis obnoxii fuere *Libanius in Legatione ad Julianum a. 362. scribit: Magistratus sub Constantio venales fuisse. Ammianus Marcell. hanc Legem ejusq; ferendæ causam memorat his verbis lib. 22. Per hoc idem tempus inquit rumoribus exciti variis Ægyptii venire complures, genus hominum controversum, & adsvetudine perplexius, litigandi semper letissimum, maximeq; avidum reposcere, si quidquam dederit. Hi omnes densati in unum Principem ipsum, & præfectos prætorio, graculorum more strepentes interpellabant inconditè, unde Lex promulgata est, quâ cavetur nullum interpellari suffragatorem super his quæ eum constiterit accepisse. Idem de Ægyptiis ait Libanius in Orat. ad Imp. Jul. pro Aristoph. Ægyptios nequaquam lentos in commemorandis quæ dederunt esse, imò potius ea quæ nunquam dederunt acriter exigere; quæ cum sub Juliano reposcerent, Julianus hoc prohibuit pœnâ propositâ, ut extortum restituant, & Fiscus viribus inferant, quia ad honores adspirantes nihil offerre debuissent, & in oblatâ ac acceptâ tali pecunia utriusqve versatur turpitude, inhonesta siquidem est honorum nundinatio N. 8. melior tamen est ratio accipientis, inhonestè solutum, inhonestius repetitur l. 3. 4. 8. w. d. Cond. ob turp. caus. Ex quibus colligi potest Julianum illicitam ambitionem coercere voluisse teste A. Marc. l. 20. ubi Julianum ita loquentem inducit: *Ut autem rerum integer ordo servetur præmiâq; Virorum fortium maneant incorrupta, nec honores**

nones ambitio præripiat clandestina, id statuo, ut neq; civilis quisquam Judex nec militia Reçtor alio quodam præter merita suffragante ad potiorem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eò, qui prò quolibet petere tentaverit, discessuro. Sed favoris obtinendi causâ dare aliquid Aulicis prohibitum non est, ideo promissum eludens ad solutionem coarctari potest Condiçione Certi ex suffragio *l. un. C. J. d. Suffrag.*

VIII. Indebitum dicitur vel *Naturali Jure* vel *Civili* vel *utroq;* & producit eandem actionem quam mutui datio *l. 5. §. 3. π. d. O. & A.* nempe Condiçionem, quia solutum indebitum non debebatur, & solutionis alia natura non est, quàm ut liberatio sequatur debiti, cum autem liberatio ibi dici non possit, ubi obligatio non præcessit, rectè introducta est ex æquò & bonò hæc Condiçio per quam res apud non dominum sine causâ extans repeti possit *l. 66. π. d. Cond. Ind.* Hæc Condiçio locum habet non soluti in indebito solutò quod omnino non debetur, sed etsi per Exceptionem aliquam perpetuam peti nequeat *l. 26. §. 3. eod.* Quod propter Exceptionem perpetuam exigere non poterat, id per errorem solutum condici potest *l. 5. C. d. pact.* nisi Exceptio perpetua comparata sit in odium ejus cui debetur, cujusmodi est *Exceptio SC. Maced. l. 40. d. Cond. Indeb.* Requiritur ut per errorem & ignoranter indebitum prò debitò solutum sit, quippe indebitum sciens prudensqve solvens non repetit *l. 24. π. d. t.* quia donare id videtur juxta regulam, ejus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est *l. 53. π. d. R. J.* Per errorem facti non juris qui error soluti condiçionem non admittit e. g. putavit frater, se fratri debere, cum deberet Patri, ignoravit naturalem obligationem patri acquisitam, aditione hereditatis prò parte fuisse extinctam, qui error soluti condiçionem non admittit ita ac si quis in facto errasset, ut in *l. 38. d. Cond. Indeb.* frater enim à fratre mutuando, non fratri sed patri in cujus potestate uterqve est, obligatur, statim patri acquiritur obligatio per filium: *l. 79. d. A. H. l. 1. pr. Si à par. q. man.* quæ obligatio mortuò patre liberis prò quâ parte heredes sunt, acquiritur, adeoque quâ filius debitor sit heres confusionis ac velut solutionis jure quod parit aditio extingvitur *l. 71. D. d. Fide J. l. 95. §. 2. d. Solut.* Proinde quod confusione ac velut numeratione factâ, deberi desinit, & errore tamen solutum est, velut indebitum condici potest *§. pen. j. d. Oblig. quæ qs. ex Contr. nasc. Wissenb. Disp. ad π. 25. θ. 14. 15. 16. & 21.*

IX.

IX. Commodatum est Contractus Realis, per quem gratis alicui rem utendam concedo, ut finito usu eandem rem mihi restituat §. 2. *j. d. t.* differt à Locatione & Conductione, quæ non fit gratis sed interveniente mercede *l. 5. §. 12. π. Commod.* Item à precario quod non ad certum aliquem usum datur ac prò libitu revocari potest *l. 1. §. 2. π. Prec.* Nec non à mutuo in quo dominium transfertur, at dominium & possessio non transeunt ad Commodatarium *l. 8. l. 9. π. Commod.* Dominium enim est jus quo res est nostra, jam tale jus Commodatarius non habet. Nec civilis possessio ei competit, quæ jure constat, qua quis non tam corpori quàm ipsi juri incumbit, id jure cum animò vel affectione vel Domini, suò tamen nomine sibiq; rem habendo *l. 22. §. 1. π. d. Nox. Act.* Contrahere possunt Commodatum omnes personæ jure non prohibita ita ut nè quidem excludatur homo liber alteri bonâ fide serviens *l. 13. §. f. π. Commod.* Res mobiles & immobiles quæ usu non consumuntur, in hunc Contractum cadunt *l. 1. §. 1. Commod.* ideo pecunia numerata commodari nequit nisi fortè ad pompam vel ostentationem accipiatur *l. 3. §. ult. π. Commod.* Usu finito à Commodatariò res restituenda est in eodem statu, nam deterior reddita, non censetur reddita *l. 3. §. 1. π. eod.* Interest tamen an casu fortuito, culpâ vel dolo malò res deterior fiat. Casus fortuitus dicitur vis major, quam *Dei Sicut* vim divinam appellant *l. 25. §. 6. π. Locat.* quem nulla humana cura seu consilium avertere potuit *l. 2. §. 7. π. d. Admin. rer. ad Civ.* cum vero casus fortuitus in nullò Contractu solo mutuo exceptò *l. 11. C. si certum. per.* præstetur, sic neque in Contractu Commodati præstari debet nisi quis sponte in se receperit rei periculum *l. 23. d. R. I. & tunc etiam de casibus insolitis tenetur arg. l. 78. §. ult. π. d. Contrah. Empt.* Culpa accipitur vel in genere *l. 9. §. 3. d. min. l. 91. §. 3. d. V. O.* vel in specie *l. 5. d. Reb. Cred. l. 72. §. 3. d. Cond. & Dem.* prò negligentia destinata animi malitiâ carente, quâ quis negligit atq; ignorat ea quæ scire ac observare debuisset ac potuisset, quo nomine insignitur *l. 213. §. 2. l. 226. d. V. S.* dicitur aliàs quoque vitium negligentia *l. 5. C. d. Appell. desidia l. ult. d. Acq. poss. segnitias, rusticitas, inertia, simplicitas, ineptia l. 3. §. ult. d. susp. Tut.* error, imprudentia *l. 5. C. d. his qu. sib. adser. intest. l. 32. d. Cond. & Dem.* Incuria *l. 64. pr. d. Evid.* quia omnis culpa ex negligentia & omissa diligentia debita oritur, sicut verò diligentia est vel minima vel media vel summa *l. 6. §. l. 9. §. 2. d. Jur. & Fact. Ignor.* sic etiam culpa levissima

visissima, levis seu mediocris, vel lata. Culpa lata est omisio istius dili-
 gentiæ, quæ inest communiter omnibus *l. 7. §. 2. d. Adm. & per. Tut.*
l. 7. §. 1. d. Suss. Tut. l. 2. C. Arb. Tut. l. 9. §. 2. d. Jur. & Fact. ignor.
l. 213. d. V. S. dissoluta negligentia dicta l. 55. d. Edil. Edict: unde di-
 citur in *l. 1. §. 5. d. O. & A. §. 1. 226. d. V. S.* magnam negligentiam in
 doli crimen incidere, is enim in quò adeò magna reperitur negligentia,
 ut non intelligat neque curet, quod omnes homines intelligunt aut
 curant, videtur dolo versari *l. 29. pr. mand:* Levis culpa est omisio
 istius diligentiam quam adhibent omnes homines diligentes *l. 36. d. R. I.*
l. 5. §. 3. L. 6. Ad L. Aqu. l. 10. d. Adm. & per. Tut: Levisima est omis-
 sio ejus diligentiam quæ ab hominibus diligentissimis adhibetur, &
 hæc culpa in Commodati Contractu præstanda est *l. 18. pr. Commod.*
l. 1. §. 4. d. O. & A. §. 2. j. q. mod. re contr. obl: nec sufficit hîc eandem
 diligentiam adhibere quam rebus suis, ubi etiam expressè levisima à
 levi distinguitur. *Struv. Disf. jur. d. Damnis quæ ex dolo culpa aut*
casu proveniunt §. 54. 55. Quod si quis contrahentium quod alteri de-
 betur restituere alteri tergiversetur, consulitur indemnitati eorû Actio-
 ne Commodati directa & contraria. Directâ *§. 2. j. q. mod. re cont. obl.*
 quam *l. 18. §. fin. π. Commod.* rectum commodati judicium vocat, datur
 illi qui rem utendam dedit, contra Commodatarium & ejus heredes *l. 3.*
§. 3. l. 15. & seqq. d. Commod. ut res commodata integra, & in nullo,
 dolo vel culpa Commodatarii facta deterior restituatur *l. 3. §. 1. l. 10. pr.*
l. 18. pr. Commod. l. 7. C. d. pig. act. l. 42. Ad L. Aqu: Nec oblato de-
 teriorationis enormis interesse illud à Commodatario invitus recipe-
 re, compelli potest, quia aliud prò alio solvi nequit *l. 2. §. 1. π. d. R. C.*
 nisi res commodata à Judice æstimata fuerit, æstimatio enim opera-
 tur ut re peremptâ vel deterioratâ solvatur pretium. Nec sufficit resti-
 tutio rei sed etiam accessionis, proinde equam commodatam cum
 pullo, servum cum lance *l. 5. §. 9. §. 13. π. Commod.* domum cum su-
 pellectile, fundum cum instrumentis, rei item commodatæ fructus *l.*
38. §. 10. & 15. π. d. Usur. ac ex morâ usuras omnemq; utilitatem com-
 modanti Commodatarius præstare tenetur *l. 32. §. 2. d. Usur.* Con-
 traria ex post factò & quasi per accidens commodatario & ejus here-
 dibus nascitur, ex necessitate introducta, nam sæpe contingit, ut qui
 commodatum accepit, non possit id, quod hac Actione consequi po-
 test, habere salvum *l. 18. §. ult. Commod:*

X. An Depositum per Contractum definiiri queat facile quis
 cum

cum *Bachov. ad Treutl. Disp. 26. §. 1. lit. D.* dubitare posset, quia hoc genus non competit omnibus speciebus videl: Sequestrationi necessariae. Sed hoc dubium non nititur adeò firmâ ratione ut ei ad stipulari teneamur, sed potius certò statuimus rectè definiri per *Contractum Realem de re gratis custodienda & eadem in specie restituenda.* Custodia ea regulariter sufficit, quæ doli omnis & latæ culpæ expers est *l. 23. d. R. I. l. 5. §. 2. Commod. l. 32. Dep.* In hac Lege putat *Treutl. in Disp. 26. §. 2.* non abundare negationem contra *Hotomanum 3. o. 2.* qui ita legit *& si quis ad eum modum &c.* quod etiam sentit *Jac. Curt. 2. εινάτων 28. in fin.* quam sententiam sequitur *A. Fab. decad. 76. c. 2.* ubi ita eum locum explicat, quod licet depositarius ad vulgarem hominum modum i. e. mediocrem diligentiam in depositò adhibeat, si ipse tamen natura diligentior sit, non excusari, nisi eandem rebus depositis quàm suis adhibeat curam: itaq; in eâ specie ponit patremf. supra communem hominum modum diligentem. Verùm inversò casu ait *Bachov. d. l. §. 2. Lit. A.* si modus ille quem natura hominum desiderat, de exactiori curandi & custodiendi modò accipiatur, & in eâ specie paterf. natura negligentior proponatur, omnimodo negationem retinendam esse, hoc manifesto sensu, quod licet à Depositario non exigatur ejusmodi cura & diligentia, qualem hominum natura desiderat, exigatur tamen talis, qualem suis rebus præstat, quæ interpretatio convenit cum *§. pen. in f. j. Q. mod. Re cont. obl.* Inde duplex nascitur Actio, utraq; civilis utpote ex negotiò civili Contractu videl. nominato descendens *arg. l. 5. §. 1. n. d. pact. & rei persecutoria §. 1. & 2. j. d. perp. & temp. Act.* excepto deposito necessitatis quod inficiatione crescit *l. 1. §. 1. l. 18. deposit.* Directa competit deponenti ejusq; heredibus ad rem depositam recuperandam *l. 25. d. t.* Contraria datur depositario ad impensas in rei depositæ custodiam factas consequendas *l. 5. pr. l. 8. l. 12. pr. & l. 23. d. t.* ob impensas tamen retinere depositum non licet *l. 11. C. eod.* quæ ne doli Exceptionem admittit, at Exceptio impensarum nihil aliud quam dolum Deponentis arguit, si rem petat, nec sumptus refundat *Ludw. ad j. Disp. 11. §. 11.*

XI. Sequestrum à sequendo dictum, quia sequester partes seu litigatores sequitur, earumq; voluntatem approbat, atq; ita quasi ultrò partium contendentium Voluntati & de se conceptæ fiduciæ occurrit *Petr. Greg. Tholosan. in Syntag. jur. univ. lib. 23. c. 3. n. 5.* Ac-

cipitur sequester pro media persona seu conciliatore. Sic *Moses* dicit: Ego sequester inter Vos fui & DEum *Deut. 5. vers. 5.* Sic *Terullianus* Salvatorem hoc nomine denotat *lib. d. Resurr. Carn.* Saepe etiam idem est, quod custos sponsionis, apud quem duo sponsione certantes rem eâ lege deponunt, ut praemij loco Victori tradatur *l. 17. §. fin. & l. seq. π. Praeser. verb.* Potissimum vero significat eum apud quem res litigiosa deposita est, *l. 110. π. d. V. S. l. 6. 7. π. Depos.* Olim Sculna quasi Seculnana dictum *Gell. lib. 2. c. 11.* Germanicè *Dinterlesung eines strittigen Gutes.* Est vero Sequestrum, depositum rei litigiosae apud tertium custodiendae & lite sopita reddendae *l. 6. π. Depos.* Constituitur vel publica autoritate vel privata partium Conventione & Voluntate, hinc aliud Voluntarium aliud necessarium est. Illud est Depositum rei litigiosae quod partium conventionem fit. Hoc vero est quod à Judice ex justâ causâ decernitur. Illud Sequestrum constituere possunt omnes qui sui juris sunt suarumq; rerum administrationem habent: *Paterf. l. 21. C. Mand. materf. arg. l. 1. d. V. S. l. 6. C. d. Revoc. Don. l. 8. C. d. pact. conv. tam sup. dot. filiusf. distinctione tamen peculii observata l. 18. π. d. Judic. l. 19. π. Deposit.* item praedo & fur. *l. 1. §. 39. π. Dep.* Sequestrari possunt omnes res litigiosae mobiles & immobiles *c. 2. & 3. §. d. Sequestr. poss. & fr. corporales & incorporales uti Servitutes &c. l. 1. pr. Dep.* Sed an cadaver hominis possit sequestrari? quaerit *Caro. p. 1. q. 6. princ. q. 3.* & dicit Angelum aff. sententiâ terribiliter tenuisse; Negativa tamen probabilior est, tum quia cadaver non est in commercio neq; de eò ulla lis esse potest, tum quia Reip. interest ut cadavera quam citissimè sepeliantur *l. 43. d. Relig.* Sequestrum judiciale iudex competens decernit ex justa causa, quia regulariter commoditas possessionis quae magna est *§. 4. vers. Commodum. j. d. Interd.* Nemini est auferenda *l. 6. C. Unde Vi. l. 7. C. Ad L. Jul. d. Vi publ. t. t. §. ut lit. pend.* nec quis in eâ turbandus *l. un. C. Ubi d. poss. l. 11. d. V. & V. arm.* Oportet enim Debitorem prius convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari *l. un. C. d. prob. seq. pec.* ideo requiritur vel *metus armorum* & quidem quando utraq; pars de re ejusq; professione litigat, eamq; ad se pertinere contendit, partium vero jura sunt obscura & justè timetur, nè in arma litigantes prorumpant *arg. l. 13. §. 3. π. d. Usufr. vel metus fuga* in personâ quae non possidet immobilia *l. 7. §. f. Qui satisd. cog. vel prodigalitas* si reus conventus ob dilapidationem ad inopiam

piam vergat, tum ei administratio bonorum adimitur *l. 12. §. f. d. Tut. & Cur. dat.* Ut si maritus bona sua dilapidet & uxor sit furiosa sequestratio concedenda est *l. 22. §. 8. Sol matr. vel malitia & contumacia non comparentis c. 2. d. dol. ex contum.* cautionem præstare recusantis de conferendis bonis *l. 1. §. 10. π. d. Collat. bon.* ab Executione rei judicatae appellantis *l. 5. C. Quor. app. non rec.* si nimirum reus sit magnus barottator *Vinc. Caroc. p. 2. q. 2. princ. q. 11.* Debitum fiscale non solventis *l. 3. C. d. Exec. rei jud.* Vel denique singulare partis præjudicium si duo de Jurisdictione loci vel hominum ejusq; possessione vel quasi contendant, & alter in alterius præjudicium aliquid faciat, si mulier de nimia sævitiâ mariti timeat, ita, ut absq; periculô Vitæ marito cohabitare nequeat *c. ex literis 13. d. Restit. Spol.* Si duo adolescentes virginem ambient *c. 14. d. Spons. & matr. c. 8. d. Restit. Spol.* & metus sit ne violentia puellæ interatur *Gailius 1. o. 112. n. 15.* Vel si virgo cuidam matrimonium promiserit, & postmodum Exceptionem metus ex coactione objecerit *c. 14. d. Rest. Spol. c. 33. q. 2. Gail. 2. o. 45.* His præsuppositis justis causis, pars, in cujus præjudicium Sequestrum interponi debet, legitime citanda *Berlich. concl. 73. n. 121.* & Judicis summarie de jure sequestrationem petentis fides facienda est *Berlich. d. l.* ita ut præter Citationem probatio & Judicis cognitio ab hoc processu summario sejungi nequeant. Tenetur sequester regularitèr de dolo & latâ culpâ *l. 32. Depos. levem culpam præstat, si se ipsum sequestro obtulit l. 1. §. 35. π. Depos. si ei pro custodia aliquid datum fuerit l. 5. §. 2. Commod.* Levisimam, si in morâ restituendi fuerit *l. 12. §. f. Depos.* tunc enim censetur quis esse in dolo, exindeq; ad quoscunq; casus obligatur *l. 5. §. 7 & 8. Commod.* Finitur Sequestratio tam voluntaria quam necessaria die ac conditione ad quam facta erat existente *l. 5. §. 2. π. Dep.* regulariter verò solvitur lite finitâ *l. fin. C. d. Ord. Cogn. l. 7. l. 17. Dep.* Inde oritur Actio Sequestraria *l. 5. §. 1. l. 12. §. 2. π. Depos.* Directa quæ datur Victori adversus Sequestrem ad rationes reddendas & rem, cujus custodiam ex bonâ fide receperat, unâ cum fructibus restituendam *l. 6. 12. 23. π. Depos. & contraria l. 5. pr. π. Depos.* Actio præscriptis verbis non descendit ex Contractu Sequestri non obstante contrariâ sententia *Boceri p. 1. D. 11. θ. 27. allegantis l. 9. §. 3. d. dol. mal.* Nam tum demum præscriptis verbis Actio datur, quando nondum expeditum est quò nomine Contractus initus & qualis

lis inde Actio descendat *l. 1. d. prescript. verb. act.* quod omnino hic cesat.

XII. Pignus à pugno dicitur *l. 238. §. 2. π. d. V. S.* & propter traditionem extenditur etiam ad res immobiles, modo earum possessio Creditori sit tradita *l. 35. §. 1. d. pign. act.* sicq; latè acceptum continet hypothecam *l. 1. pr. d. t. l. 17. §. 2. π. d. pact. l. 33. §. 5. π. d. Usurp. & Usucap. & denotat jus quod Creditori in re oppignoratâ competit *l. 52. §. 2. d. pact. l. 33. Famil. Ercisc.* estq; jus in rebus Debitoris pro securitate debiti Creditori constitutum *l. 30. π. d. Nox. Act. l. 19. pr. π. d. damn. inf. §. ult. j. q. mod. re contrab. oblig. l. 1. §. 9. π. d. Collat.* Pignus est vel necessarium vel voluntarium. Illud constituitur vel à Judice ut prætorium *l. 26. pr. π. d. pign. act. l. 12. π. pro Erapt. l. 2. π. pro Hered. ac Judiciale l. 15. §. 2. π. d. Re jud. l. 74. π. d. Eviçt. t. t. C. Si in caus. jud. pign. capt. sit.* vel à Lege, eâqve vel solâ, quando ex vi & potestate Legis sine ullâ partium conventionione pignus nascitur partim Creditoris gratiâ, ut Civitati in bonis administratorum *l. fin. C. Quo quisq; ord. conv.* Fisco idqve non solum in bonis administratorum suorum *l. 1. d. privil. Fisc.* sed etiam debitorum ex causâ tributi *l. 1. C. In quib. caus. pig.* pupillo & minori in bonis Tutorum & Curatorum *l. 20. C. d. Admin. Tut. l. un. §. 1. C. d. Rei ux. act. l. 19. §. 1. l. 20. d. Reb. auth. jud. possid.* Liberis in bonis parentum qui ad secundas nuptias convolarunt *l. 6. §. 1. & ult. C. d. bon. quæ lib. l. 8. §. fin. C. d. Secund. nupt.* partim pro utilitate rei ut in causa dotis *l. un. §. 1. C. d. Rei ux. act. l. 12. §. 1. C. Qu. pot. in pign.* Legati vel Fideic. *l. 1. C. Comm. d. Leg. Refectionis ædificii l. 1. π. In. qu. caus. pign. l. 6. π. Qui pot. in pign. l. 52. §. 10. π. pro Soc.* citra extensionem tamen ad refectionem navis ob defectum textus expressi, qui requiritur cum jus singulare extenditur *Hotom. in Com. ad Tit. In quib. caus.* Vel à Lege non solâ sed factò hominis accedente constituitur, ut Domino prædii in investis & illatis Inquilini vel Coloni *l. 2. π. In quib. caus. pign. l. 5. 7. C. eod.* Voluntarium sponte à privatis solis constituitur tam ultima Voluntate *l. 26. π. d. pign. act.* quam inter vivos, idqve vel Contractu Reali, quando ipsa pignoris possessio statim traditur *§. ult. q. mod. Re cont. oblig.* vel pacto & conventionione *§. 7. I. quod cum eo qui in al. quæ conventio cum duplex sit generalis & specialis, inde oritur etiam pignus generale l. fin. C. quæ res pign. & speciale l. 1. l. 13. pr. & l. 34. pr. π. d. pign.* sub quo contineri*

tineri possunt res singulae nisi naturam suam vel ex prohibitione juris oppignorationem respuant. Naturam respuunt quae nostro commercio exemptae sunt v. g. Liber homo, Res sacra *c. 1. d. pig.* Jure prohibentur quaedam in totum ut Servitutes praediorum *l. 11. §. fin. d. pign.* fundi dotales & quidem inestimati *l. 1. d. Fund. dot.* Res fideicommissio pure vel sub certo die subjectae *l. ult. §. 2. C. Comm. d. Leg.* Res litigiosae & quidem mobiles *l. 1. §. ult. π. quae res pig. obl.* quaedam certo modo ut Res minorum furiosorum & prodigorum sine decretum magistratus *l. 22. pr. C. d. Administ. Tut. l. 3. §. 1. l. 7. §. 1. l. 11. in fin. d. Reb. eor. qu. sub. tut. l. 2. C. d. Cur. Fur.* Spes praemiorum athleticorum quae coronis pensanda *l. 5. C. Quae res pig. obl. junct. l. 40. d. Re jud. l. 4. C. d. Exec. Rei jud.* Servi aratores, instrumenta aratoria aut boves *l. 1. C. Th. d. pign. l. 7. C. J. quae res pign. obl. p.* Et quidem boves aratorii semper fuere magni aestimati, quibus aratorius hominum socius in rustico opere est & Cereris ministrum eum vocat *Varro 2. d. Re Rust. c. 5. & Columella l. 6. in praefat.* eum vocat humani operis & laboris consortem. Lege DEI quoque surripiens bovem aratorium gravius puniebatur quam alius fur *Exod. 22.* de Romanis quoque testis est *Plinius l. 8. c. 45.* iudicio populi Romani quendam in exilium actum qui bovem aratorium occiderat, tanquam colono suo inquit interempto. Feuda quoque sine Consensu Domini etsi paterna sint oppignerari nequeunt *2. Feud. 39. pr. 1. Feud. 13. §. ult.*

XIII. In pignus dari solent res vel pure & simpliciter vel cum pactis & conditionibus. Pacta autem quae pignoribus adjici solent sunt varia, inter quae praecipuum est antichreticum ab ἀντιχρητικῆς usus, cujus verbum est χρεδομαι utor, & quasi confructio designatur. Accursius loco hujus vocabuli non quidem substituit sed legit Antiphonam quia exemplaria prima ita se habuere, nec Politianus adeo diligenter Florentinum consuluit, aut suum exemplar cum altero contulit, nec Bologninus ita ut debuit à Politiani exemplari descripsit, inde crevere errata, ut etiam quoad hoc vocabulum in diversis exemplaribus diversimode sit variatum. Bartolus ad *l. 11. §. 1. π. d. pign. Act.* legit ἀντιχρητικῆς, ait tamen alias dictam antiphona, vel ut *Aegidius Bethsbrugius* *Jctus* dicit: In exemplo Aurelianiensi legi ἀντιπροχνη, vel ut *glossa* vult ἀντιπροχνη, quae lectiones vitiosae

riosa sunt. Potest Antichresis etiam tacite citra conventionem expressam constitui, quod facit ad intellectum & explicationem l. 8. π. In qv. caus. p. vel. hyp. tac. cont. Cujac. lib. 8. o. 17. sicut enim in b. f. judiciis usurae ex mora debentur, ita & in gratuita pecuniae mutuo, si moram fecerit debitor, usuras de quibus non convenit, potest servare ex fructibus rei oppignoratae. Et licet fructus legitimum usurarum modum excedant, tamen propter incertum eorundem proventum & pretii inconstantiam nil usurariae pravitate pactum antichreticum sapit l. ii. §. i. d. pign. l. 14. 17. 23. C. d. Usur. nisi excessus ille sit magnus & certi fructuum redditus & proventus, qui legibus praescriptum modum usurarum excedunt Bach. ad Treutl.

vol. 2. Disp. 1. §. 6. Lit. B.

Juridicam rursus dum vis animare Cathedram,
Applaudo coeptis, Juris Alumne, tuis!
Sedula cum doctis Tibi sunt commercia Musis,
Nec frustra à studiis nobile nomen habes.
Tu virtutis opus tractas, quod & obligat omnes,
Vivere cum recta qui ratione volunt.

Nobili & Politissimo Domino Respondenti,
suo quondam in Politicis Auditori
industrio, gratulatus scripsit

M. CONRADUS Vogt / P. P.

LE Monde est plein de veines Obligations:
Thyrsis s'oblige tout aux inclinations
De Phyllis par serment, un autre à la débauche,
Ces Obligations sont dignes de risée.
Vous mon tres docte Amy, qui d'une ame éclairée
Fuyez ces criminelles,
Disputant de Reelles,
Un monument d'honneur vous faites sans reproche.

A l'honneur de Monsieur de LOHEN, disputant
pour la seconde fois, écrivit ce peu

BERNHARD HENRT KOUCKOUCK,
Westphalien.



Kc 3004

ULB Halle


3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125



B.I.G.

Farbkarte #13

N. J.
 CATIO XV.
ETARUM
SIUM
RTI & CON-
VERSI
 mod. Re contrah. Obl.
 Justin. Theod. βασιλικ.
 espondentibus.
Quam
ESIDE
E CHRISTO-
O Volk /
D. & P. P.
CUS von Lohen /
 Prusius.
ONDENS
 è defendet
ORIO MAJORI
 oc. LXXXI.

OMONTI.
EUSNERIANO.

